



Universitätsbibliothek Paderborn

**Bona Volvntas Optimæ Consentiens. Seu De Sequendo In
Omnibus Ductu Providentiæ Diviniæ**

Foullon, Jean E.

Leodii, 1657

VII. Quid Domino debeamus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54992](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-54992)

culpes, quod vitari non potest: nec ventis ac fluctibus irascere, cùm navigas. Pessimus scriptor Lucianus, non male tamen Anthologiæ Epigr. lib. I.

Ei τὸ φέρον σε φέρει, φέρε καὶ φέρου· εἰ δὲ αγανάκτεις,

Kαὶ σάυλον λύπεις, καὶ τὸ φέρον σε φέρει.
Latinè reddi tam eleganter non potest: sententia tamen hæc est. *Si fatum, quod utique aliud non est quam divina Providentia, uti alias diximus: si ergo fatum te fert, feras, & patiare ut feraris. Si autem indignaris, ipse tibi molestus es, & fatum nihilominus te rapiet.*

VII. *Necessitatem hanc obsequendi Quid Dominus debeamus.* divinæ Potentiaz novâ imagine pingamus. Potest Providentia divina cogitari & adspici, ut Dominus supremus, qui nobis imperet: aut velut Sapiens ductor, qui nobis præeat: aut sicut optimus Pater-familias, qui domum regat. Ergo ipsi resistere non possumus, quia dominus est: neque, ut possemus & fas foret, resistere tamen debeimus, quia dux & pater est. Dominica & Regia edicta

142 BONA VOLUNTAS

edicta in variis regionibus claudi verbis
hisco, aut similibus, solent: *Sic placet: Ea
voluntas nostra est.* Quæ verba ubi fidelis
subditus boni Principis legit, protinus
acquiescit, nec de ratione legum edicto-
rumve quærenda solicitus est: non nescius
consilium & imperium Domini rem esse,
obsequium & obedientiam subditi. Mo-
net Ecclesiasticus cap. 4. *Noli resistere
contra faciem potentis, nec coneris contra
ictum fluvii.* Quid enim adverso torren-
ti te opponens lucrabere, quæm labore,
& spumeain asperginem, forsan & sub-
mersionis periculum? Jehu, libro Re-
gum 4. cap. 10. Rex Israëlis creatus, rem
a Samaritis durissimam postulat: respon-
sum tamen, *Servi tui sumus, quæcumque
jussiris faciemus, quæcumque tibi placent fac.*
Astyagen Medium narrant, noxæ nescio
cui barbarico more punicndæ, epulandas
Harpalo filii carnes apposuisse, & benè
pasto inferri jussisse caput, ac petiisse, ec-
quid ipsi carnes filii sapuissent: Harpalum
fœdâ adulatione dixisse: *Quidquid facit
Rex, illud mihi per placet. Adeóne te ho-
minem*

minem & patrem oblitus es, ut humanos
ipſiusque filii tui artus, visceribus tuis in-
gestos cum stomacho luctari diffimules,
in lupi illius ac tygridis gratiam? Sed an tu,
inquit, nescis qualemcumque illum, Re-
gem tamen meum & Dominum esse, nec
mihi quidquam adversus illum licere?

VIII. Regulis istis terrarum quæ poten-
Potestati
cedendū. testas, præ omnipotentia illius,
cui, ut Theodoretus ait Oratione
prima de Providentia, *non servorum cala-
mitas, sed natura ipsa dominium dedit?*
Quem non favor subditorum, non fortu-
næ vicissitudo, non armorum vis extulit:
sed ipsa naturæ suæ magnitudinisque ne-
cessitas, ut si omnia non creasset, dominus
tamen omnium esset, ob infinitatis suæ
supra res omnes eminentiam. Quidni
ergo *omnia, quæcumque voluit, faciat in
caelo, & in terra, in mari, & in omnibus
abyssis?* Quidni dicamus ipsi ex animo:
*Servi tui sumus, quæcumque jusseris, facie-
mus, quæcumque tibi placent, fac?* Ingre-
deris forte in bene ordinatam aliquam viri
principis domum, ubi famuli œconomo,

œcono-

rbis
· Ea
lēlis
mūs
Sto-
cius
esse,
Mo-
stere
ntra
en-
em,
Sub-
Re-
rem
on-
iqui
fac.
scio
ndas
penè
, ec-
akum
facit
pho-
nem